



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,
Commentarii**

Sacchini, Francesco

Ingolstadii, 1616

Responsio P. Generalis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41515

mortuus nouissima mea recogitem accuratius, ut
 vocante me Domino, verè paratus, & seruus vi-
 gilans deprehendar. Quapropter etiam atq; etiam
 precor P. V. ut pro eximia pietate sua me vilem, ac
 infrugiferũ suæ filium, suæ palmitem æterno Crea-
 tori, præsertim inter sacrificadum aliquando com-
 mendet: ac deinde ut me, licet indignũ, participem
 faciat priuilegiorum, & gratiarum spiritualium,
 quarum potestatem ad suorum filiorum consolati-
 onem accepit à sancta sede Apostolica traditam: ac
 demum ut aliquam impuro mihi pœnitentiam in-
 iungat ad uberiores paternæ benedictionis gra-
 tiam per qualemcunque substitutum misero elargi-
 endam. Datum Friburgi Heluetiorum. Kal. Au-
 gusti, 1596.

R. P. V. inutilis filius Petrus Canisius.

Responsio Pa-
 tris Generalis.

Ad has literas quemadmodum Claudius Ge-
 neralis rescripserit, si quem nosse iuuat, exemplũ
 est tale.

Summa cum animi mei voluptate, ac lætitia le-
 gi literas R. V. in quibus videbam quo ipsa sen-
 su de se scribat, & qua cura Domini aduentum, me-
 lioremq; vitam expectet. Benedictus Deus, qui hac
 inspirat R. V. ut ita sui similis perseueret, fratresq;
 nostros,

nostros, quos hactenus laborando edificavit, nunc etiam in hac quiete virtutis suae exemplo, & humilitate, patientiaq; confirmet. In quo quidem & nos ipsi absentes plurimum recreamur; ac gaudemus simul exhiberi ab ipsis, quod R. V. debent officium, & caritatem. Quam ita velim in omnibus admittat, eaq; liberè utatur, uti persuadere sibi debet nobis id semper fore gratissimum. De cetero Christum Dominum obtestor, ut R. Vestrae cursum hunc iuxta voluntatē suam consummare, & ante actos labores novis in dies meritorum cumulis augere tribuat. Ego vicissim ipsius precibus, & sanctis sacrificiis me, ac societatem plurimum commendo. Roma 5. Octobris, 1596.

Cum igitur iam vires profus ad alia deficerent, aliquot ante migrationem mensibus vitæ supremam clausulam sane toti ante actę congruentem ad hunc modum instituit. Sanctorum vitas vel lectitabat, vel audiebat ex Anagnoste. Illæ

*Qua lingua
custodia
mensibus
steretur
Canisus.*

materiam offerebant Deum collaudandi suis in Sanctis: utque eorum labores vice suorum, à quibus iam cessare cogebatur, offerret. Parcus loquēdi cum semper fuisset, tū plane parcissimus erat, multoq; libentius commodabat aures piè disse-